



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Zelum communis boni ad vtimu[m] conseruauit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

rentibus, quàm ipse differeret. Nō enim senectus est garrula, nisi cuius priore in æuo lingua fuit effrænata. De Religiosa perfectione, & rationibus eius comparandæ, de primorum societatis Patrū accensa pietate, de proximis adiuuandis sua uiter audiebat. Tum verò maxime triūphabat, si quod narraretur ad Ecclesiam catholicam factum uispiam incrementum. De rebus humanis, maximeq; de Principum Christianorum inter se diffidiis omnino sermones auribus respuebat: nec mentionem minus refugiebat omnem, quæ ad commendationem sui, rerum uic ab se gestarum redundaret. Quod si quid tale interrogaretur, nihil responsi dabat. Nihil cuiusuis generis ex quoquam non modò curiosius sciscitabatur, nisi si interdū, quàm multi sacramenta frequentarent, quam multi rei diuinæ, concionique interessent, quid quis ex concione obseruasset, ac reportasset frugis, & alia, quæ ad profectum uirtutis attinerent. Conseruauit ad uultimum usque immensam illam erga Christianam rempublicam caritatem: quasq; ante multis, variisq; laboribus ad eam iuuandam dispertiebat curas, iam ferme omnes in vnam conferebat precandi assiduitatem. Itaque  
pro

*Zelū cōmuni  
boni ad Scti.  
mum conser-  
uauit.*

pro communi cœtu fidelium, pro Pontifice Maximo, pro Christianis Potestatib<sup>9</sup> assidue prosternebat ante Deum cor suum, & spiritum effundebat: Et litanias recens editas pro felici Ecclesiæ statu, quarum exemplum ab Apostolico Nuntio acceperat, nullo die nō exequebatur summo studio. Sanctos vero Patronos earū Ciuitatum, quæ à recta fide defecerāt, singulari pietate venerabatur: idq; vt alij facerent, magnopere laborabat: primū vt quodammodo suppleretur honos, quo suis in Ciuitatibus fraudabātur ab impiis: deinde vt per eorum patrocina desertoribus ipsis misericordia Dei placaretur. Nullū præmittebat diem, quo non semel, atq; iterum, atq; adeo sæpius Deiparæ rosarium orando percurret. Nec habuit quicquam in languore molestius, quam quod furtim crepto à P. Rectore etiam Breuiario coactus est ab sacerdotali psalmodia, & Missæ sacrificio abstineret. Ceterum in contemplationes diuinitatis auferebatur, vt qui videret habitum contemplantis, plane intelligeret animum quasi corporis oblitum in Cælo peregrinari, & iam tum Beatorum choris interesse. Nec vero contentus erat precibus suis, sed cum alienas, qua memorauimus instantia,

*Totus in orationibus effunditur.*

*Et aliorum preces hunc maxime orogant.*